

Xenocrates admitti petentem inter discipulos, quoniam rudis esset mathematicarum disciplinarum, abire iussit, quasi qui non haberet ansas philosophiæ. Ipseque Aristoteles scholam aperiebat pro lubitu, non publicam, (neque enim ulli Philosopho munus docendi ab Atheniensibus erat impositum, aut constitutum præmium ex ærario,) sed privatam, cujus leges ipse ferre suo posset arbitratu. Quare cum nollet inde procedere quenquam, cujus pudere præceptorem posset, in eligendis auditoribus eum delectum adhibuit, qui huic proposito commodissimus videretur. Scilicet æstimabantur discipuli ex ingeniis, quæ quemadmodum physice per certos characteres cognoscuntur, ita quod ad moralia attinet, excogitata quoque forma & ratio cognoscendi per characteres sive notationes. Ni- Scriptores
 mirum varietatem ingeniorum, quæ ex diversitate Characte-
 affectuum provenit, depictam videas in Theophrasti rum virtu-
Characteribus ethicis sive notationibus morum, tum & vi-
 qui libellus opera de la Bruyere in gallicam linguam tiorum.
 sub hoc titulo translatus: *Les Caractères de Theophraste*: extatque eadem lingua descriptus *le Theophraste moderne, ou nouveaux Caractères des mœurs*; in Ludovici Molinæi *Exemplari morum seu characteribus*, in Caroli Paschalii *Characteribus virtutum & vitiorum*, & in Josephi Halli ejusdem argumenti libro, nec non in Joach. Pastorii *Characteribus virtutum*: quam scribendi rationem haud male imitatus est notissimus de la Chambre in opere, cui titulum fecit: *Les Charecteres des Passions*, ubi tan-

Zz

quam